

7.

Markgraf Woldemar von Brandenburg ertheilt der Stadt Löbau das Statut, daß kein Gastwirth daselbst mehr als vier Wagen über Nacht beherbergen solle. **Bautzen, 1311 März 15.**

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 3. S. abgegangen.

5 *Gedr.: Riedel, Cod. Brandenb. II. 1,306. Köhler, Cod. Lus. 199.*

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum fore cupimus, cum manifesta || recognicione nichilominus protestantes, quod nos Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, Lusa||cie et Landesbergensis marchio tutorque incliti Johannis de Brandenborch marchionis provi||dis viris, consulibus ac omnibus civibus civitatis Lubbau, 10 propter communem utilitatem eorum observandam damus hanc consuetudinem videlicet et statuimus, quod nulli hospitem in eadem civitate residencium licebit, plures quam quatuor currus per unius noctis spacium hospitare, et hoc per nostros advocatos vel per aliquem alium nostrum officialem nullatenus infringi, sed firmiter in perpetuum observari. In cujus rei evidens testimonium presens dedimus scriptum sigilli nostri munimine firmiter 15 roboratum, presentibus testibus ydoneis, nostris fidelibus, Frederico de Alvensleve, Droysekone et Henningo de Blankenborch militibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in Budessin anno domini millesimo trecentesimo undecimo feria secunda post dominicam oculi mei.

8.

20 *Markgraf Woldemar von Brandenburg tritt der Stadt Löbau für 80 Mark Silber den Kottmarsberg ab.* **Bautzen, 1311 März 15.**

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 2 mit S. an Pergamentstreif.

Gedr.: Riedel, Cod. Brandenb. II. 1,307. Köhler, Cod. Lus. 200.

Noverint universi, quorum noticie presentis scripti pagina defertur, quod nos 25 Woldemarus dei gracia Brandenburgensis, || Lusacie et de Landesberch marchio tutorque illustris Johannis Brandenburgensis marchionis, emendacioni civitatis || Lubavie sollicite intendere cupientes, ejusdem civitatis civibus universis tam presentis quam futuri temporis dedimus || et per presentes literas damus montem Khotmersberg dictum cum omnibus pertinenciis suis, videlicet solo, lignis, pratis et pascuis, prout nobis, dum noster fuit, 30 competebat, justo proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendum, renunciantes omni juri simpliciter, quod in ipso monte hactenus dinoscimur habuisse. Proinde dicti cives nobis octoginta marcas argenti, videlicet viginti in festis beatorum Walburgis et Martini ac iterum Walburgis et Martini post datam (*sic*) presencium continue sequentibus, quas eisdem semper dedisse debuissimus, in hiis terminis dimiserunt. Et ut hujusmodi nostra 35 donacio per nos rite facta perpetue firmitatis robur optineat, presentem paginam super eo scribi jussimus et nostri sigilli munimine communiri, presentibus testibus, scilicet nostris fidelibus, Conrado de Rodere et Redekino, Nicolao de Bück, Henningo de Blankenburch, Frederico de Alvensleve, Droysekino de Crechere, Renzekone de Güzick, Luthero